6127 ~~**6271**~~ apud Itrum in aede S. Donati IVC.; in ecclesia S. Donati (praecedunt Gaietanae) RED. f. 170; ad viam Appiam in sacello S. Donati prope Itrum in basi antiqua marmorea charactere Latino et eo pulcherrimo, sed qui appareat neotericus RAFF.; via Appia in S. Donati SIRM. S. Donati aedicula iam diruta fuit in fundo hodie Ianuarii Bonelli equitis quinto chil. ab Itrio Fundos versus a dextra Appiae. — Inter fundum [voluit opinor 'inter Fundos et Formias'] iuxta silicum viam RED. 17 inter urbanas similiterque MARVL.; locum non adscribunt FELIC. FERR. (Trai.) MARCAN. (Mut.); ibi prope (praecedit Romae in scala Capitolii) FERRAR. (Reg.); Romae in S. Laurentio in Lucina MAZ.; prope arcum Tripholi GRVT. contra auctorem. Apparet apud Cyriacum titulum relatum fuisse aut loco nullo adscripto aut adscripta indicatione ea quam habet liber Redianus f. 17.

OVIDIANVS · POETA
HIC · QVIESCIT

Exemplum antiquissimum Cyriacanum opinor exhibent Felicianus f. 159; Marcanova Mut. f. 81'; Ferrarinus Trai. f. 103, Paris. f. 106', Reg. f. 19'; Redianus f. 17'; Marulus 22; Mazochius f. 78 (inde Grut. 446, 8). Aliunde Redianus f. 170; Iucundus f. 127; Lilius f. 92'; cod. Raffaelli f. 115; Sirmondus cod. 1420 n. 348.

6128 [=4108] cistam hanc probabile est ante saec. XV eruderatam esse Romae in columbario eo, cuius tituli plerique saec. XVII effossi postea Romae apud Franc. Mazzantium adservabantur, iam leguntur vol. VI p. 1096 seq. Hunc collocant Caietae in ecclesia S. Quirici IVC. RED.; Neapoli in villa Heigeliana OSANN.

L · ABVCCIO · NEREO	ABVCCIA · PIERIS
COLLIBERTO	SIBI · ET
SVO · BENE · MERENTI	ABVCCIAE · PRISC
ABVCCIA · PIERIS	AE · FILIAE · SVAE

Iucundus f. 127 (inde Donius cod. Barb. 34, 73 p. 183, ed. 18, 32 ex libro antiquit. ms.; Mur. 1612, 10. 11 ex Donio); Redianus f. 169' (inde Gud. ad Phaedrum l. 4 fab. 24 et syll. 351, 1). Denuo ex lapide Osann syll. p. 544 qui descripsit. Recepit Henzen vol. VI n. 8119. 8120.

I, 1 NERIO Red., NERFO Os. — 3 BENEMEREN Red.

Iidem homines nominantur in titulis certo urbanis vol. VI n. 8117 [*L. Abuccius*] *Ner*[*e*]*us et Abuccia Pieris porticum scamna mensas collibertis suis sua pecun. d. d.*, item n. 8118: *L. Abuccius Nereus sibi et Abucciae Priscae f. et Abucciae Pieridi uxori.*

6129 locus non indicatur; composui cum praecedente.

L · ABVCCIVS . . .
RVSTICVS · SIBI · ET
ABVCCIAE NeAERAE

Mazochius syll. ms. a Franc. Rinaldi.

3 NAERAE traditur.

6130 [=4109] Molae antea in praedio DD. Agresta loco q. d. *Iannola* ad Appiam, deinde in villa Ciceroniana.

P · ACILIO · C//O
ACILIA · OPTATA · VXOr fECIT

Descripsi et recognovi. Gerhard apud Amatium Vat. 9177; *Ant. Cic.* p. 29 n. 18.

1 cognomen a C littera incipit.

6131 [=4110] litteris antiquis. Molae in villa Ciceroniana.

Q · AELI · Q · L
HERACLID
VIXIT

Descripsi. Gerhard apud Amatium Vat. 9771; *Ant. Cic.* p. 27 n. 14.

6132 Formiis rep. in fundo Acquatraversa dominorum Agresti, est apud eos Formiis.

D · M
ALBANIAE · FA
TALI · VIX · ANIS
L · V

Recognovi. Mattei ms. 1, 6; Capasso *atti dell' accad. di arch. di Napoli* 5 (1871) p. 55.

6133 in via inter Molam et Gaetam.

Q · ALFIO
ASINIO
IN · FR · P · X
IN · AG · P · X

Mazochi syll. ms.

6134 Formiis pars est in hortis Spinae, pars in hortis Rubinonis.

M D
ANTONIAE
C E LTRVTOS
TELMOS FE ROS
CONIVGI
D M

Dederunt amici Formiani imperfecte exceptam.

6135 rep. ad viam Appiam *al ponte di Mola.*

DIS · MAN
M · APRONIO · M · lIB · HeRm//
APRONIAE · CYPRIDi
P · CALVISIVS · FORTVNATVS
COGNATIS BENEMERENTIBVS
L · P · S

Mattei ms. 2, 21.

2 M·TIB·HIRI, 3 CYPRII traduntur.

6136 [=4113] litteris magnis et vetustis, Molae in villa Ciceroniana vidi a. 1845. Hodie desideratur.

Q · L · ISIDOR
Q · ARRI · M · F
*liber*TEIS S*ueis*

Descripsi. Ed. *Ant. Cic.* p. 30 n. 24.

6137 Gaietae in S. Scholastica IVC. Caietae in Sancto Andrea FIL.

C · ASINIVS ·	MARTIALIS
VIX · MENSE	· DVOS
DIES ·	VII

Iucundus f. 201 (inde omnino P. Sabinus cod. Marc. f. 246'); Filonardianus liber f. 96.

2 MEN·DVOS Sab. — Filon. sic: C·ASINIVS·VIXIT·MENSE·DIES·MAR (deinde charta hiat) DVOS VII.

6138 [=4084] litteris cubitalibus. Caietae in pariete ecclesiae cathedralis FIL. Caietanae ecclesiae porticus marmorea est composita ex templi aut monumenti veteris reliquiis, eius scilicet ut referunt incolae quod est extra urbem vocantque *a l' Atratina*; visitur in montis clivo marmoribus suis nunc spoliatum. In dictae porticus marmoribus sunt litui, simpuli, paterae, cetera et hoc fragmentum litteris pedalibus WINGHE. Adhuc ibidem ad sinistram turris camp.

L · ATRAT

Recognovi. Filonardianus liber f. 29'; Winghe 1 f. 70' inter Cittadiniana; Pratilli p. 142; Gesualdo p. 17; Monetti *Gaeta* p. 49. 84.

Plura non viderunt ne antiqui quidem; L·ATRATIN Pratilli male.

6139 [=4114] Caietae in aede S. Antonii IVC. FIL.

DIS · MAN
SEX · BRAETIO · FIDELI
CASSIA · RVFILLA
COIVGI · DE · SE · B · M · FECIT

Iucundus f. 127 (inde Donius cod. Barb. 34, 73 p. 119 et per Gorium Mur. 1314, 9); Filonardianus liber f. 29.

Versus continuantur. — 1 MANIB Fil. — 2 BRAELIO Fil. — 3 RVELLIA Fil. — 4 CONIVGI Fil. — DE·SE om. Iuc.